

« seriesque causarum, cum causa cause nexa rem ex se gignit »⁽¹⁾,
 est vero series ipsa, ut idem ait, « ex omni eternitate fluens veritas
 « sempiterna ». aliis visum est, fatum esse stellarum dispositionem,
 quam et constellationem dicunt, et huic omnia subiciunt, ut non sit
 5 alia fortuna nec alius eventus cuiusque rei quam is quem celestis
 dispositio prefigurat. atque utroque modorum horum fatum a fa-
 tiendo tractum est, ut fatum dicatur series illa vel illa constellatio,
 quia secundum alterutram^(a) fiat quodcunque producitur⁽²⁾. non-
 nulli vero fatum dicunt a fando dictum, quod ea, que sub tempore
 10 fiunt, eo progrediuntur ordine quem fatus est in eternitate princeps
 eternus, quoniam, ut in Psalmographo legimus: « dixit et facta
 « sunt »⁽³⁾. de quo etiam in eodem: « semel locutus est Deus »⁽⁴⁾,
 in eternitate scilicet, in qua cuncta disposuit. explicavimus quid
 fatum sit; nunc, cur a catholicis auctoribus repudietur, ordo quem
 15 prefati sumus admonet ut disseramus.

In quo illud est potissimum, imo solum, quo ducuntur ne
 cuiuspiam catholici mentem id surrepat quod usurpatur inprimis,
 omnia fieri destinatione quadam divina et ineluctabili; cui proverbio
 qui assentiuntur, hi edunt voces illas quas antea retulimus: « fatis
 20 « agimur, cedite »^(b) fatis ». sic vero non modo fari sed vel opinari
 perniciosum, et unde religio subvertatur et fides et honestas, et deni-
 que funditus eradicetur omnis quanlibet utilis disciplina. unde item
 fieret; id quod pugnancia continet; ut voluntas esset in hominibus
 sine volendi facultate; quo etiam videri posset natura captiose atque
 25 versute cum hominibus egisse, tanquam que libertatem eis in aperto

(a) *M* alterutrum (b) *Codd.* credite

(1) Cic. *De divinat.* loc. cit.: « Fatum
 « autem id appello, quod Graeci *εἴμαρ*-
 « *μένην*, id est ordinem seriemque cau-
 « sarum, cum causae causa nexa rem
 « ex se gignat. Ea est ex omni ae-
 « ternitate fluens veritas sempiterna.
 « Quod cum ita sit, nihil est factum,
 « quod non futurum fuerit, eodemque
 « modo nihil est futurum, cuius non
 « causas id ipsum efficientes natura con-
 « tineat ».

(2) Riguardo a « constellazione » ve-
 dasi s. AUG. *De civitate Dei*, lib. V,

capp. 1, v, viii, e s. THOM. *Summa
 theol.* I, quaest. CXV: « Utrum cor-
 « pora coelestia sint causa hu-
 « manorum actuum ». Per l'etimologia di « fatum » cf. M. TER. VARRONIS
De lingua Lat. VI, 52: « ab hoc [fari]
 « tempora quod tum pueris constituent
 « Parcae fando dictum fatum et res fa-
 « tales », e per la confusione tra fa-
 « tum e fa(c) tum nei cod. latini ve-
 dasi *Thesaur. ling. Lat.* s. v.

(3) *Psalm.* CXLVIII, 5.

(4) *Psalm.* LXI, 12.

serie di cause effi-
 cienti;

ma, secondo altri,
 è la disposizione
 de' corpi celesti,
 che chiamasi « co-
 « stellazione ».

In ambedue que-
 sti sensi, la voce
 « fatum » vien de-
 rivata da « facere ».

Altri invece de-
 rivano « fatum » da
 « fari », poichè le
 cose si succedono
 nel tempo secondo
 l'ordine dettato ab
 eterno da Dio, al-
 lorquando, come
 dice il Salmista,
 Egli parlò e ogni
 cosa dispose.

Dilucidato il vo-
 cabolo, dichiara

che gli autori cat-
 tolici ripudiano il
 fato, solo perchè la
 dottrina d'un des-
 tino ineluttabile,
 tal quale comune-
 mente la s'intende,
 sovvertirebbe la re-
 ligione, l'onestà,
 ed ogni disciplina
 utile.

Ne conseguirebbe
 ancora che l'uomo
 avesse sì la volontà
 senza facoltà di vo-
 lere,

sicchè egli, come
 le bestie impasto-